

igitur desideratissima consideracione ipse Thidericus divi-  
num cultum et laudis Dei gloriam augmentari ac perso-  
narum ecclesiasticarum Domino Deo et sanctis ejus in  
ecclesia sanctorum et exultationis voce famulantium nu-  
merum multiplicari cupiens, et perinde venerabilem paro-  
chialem ecclesiam in Mandeslo, que inter ecclesias archi-  
diaconatus Mandeslo principalis existit, altiori divini ob-  
sequii ministerio ac ampliorum sacrorum ministrorum in  
ea ad serviendum in divinis instituendorum collegio de-  
corari desiderans, sex prebendas canonicales et decanatum  
ac duas vicarias perpetuas in eadem ecclesia in Mandeslo  
de nostro et capituli nostri Mindensis ac dominorum de  
Holtorpe, prepositi ecclesie sancti Johannis Mindensis, ad  
cujus collationem dicta pertinet ecclesia, nec non Johanni-  
nis de Alten, plebani ejusdem ecclesie, pleno et libero  
consensu cum nonnullis suis certis competentibus bonis,  
possessionibus, decimis et annuis redditibus perpetuo fun-  
dare intendit pariter et dotare; ad quorum quidem deca-  
natus, canonicatum et prebendarum ac duarum perpe-  
tuarum viciarum dotacionem, instauracionem et funda-  
cionem prefatus Tidericus de sciencia, consensu et bona  
voluntate honestorum virorum Haynekonis et Justacii de  
Mandeslo, fratrum suorum germanorum, nec non Conradi  
de Mandeslo, senioris eorum patrui, armigerorum de  
Mandeslo nuncupatorum, ob animarum eorum ac parentum,  
heredum et successorum suorum salutem decimam in  
Wendevorstelde (*sic*)<sup>1)</sup> cum tribus curiis ibidem ac deci-  
mam in Vorlingen<sup>2)</sup> cum omnibus earum juribus et per-  
tinenciis universis, nec non omne jus, omne dominium  
merum et mixtum omnemque utilitatem omnemque pro-  
prietatem, quod, que et quas predicti armigeri et eorum  
heredes conjunctim vel divisim habebant vel habent tam  
ratione advocacie, quam alia quavis de causa in predio  
seu curia dicta Luchtehoff<sup>3)</sup>), nec non in omnibus et

1) das jetzige Wendenborstel im Amt Wölpe.

2) Groß-Barlingen im Amt Wölpe.

3) Ueber diesen Hof habe ich nichts weiter ermitteln können.